

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Sanctae Mechtildis virginis ordinis Sancti Benedicti Liber  
specialis gratiae**

**Mechthild <von Hackeborn>  
Mechthild <von Magdeburg>**

**Pictavii, 1877**

Caput XXXIV. Qualiter deues opera sua homini communicat.

[urn:nbn:de:bsz:31-60070](#)

ut, quia Christus humilis fuit et obediens, studeat humiliter omni se subjecere creaturæ, et si opportunum fuerit, usque ad mortem obedire. Hæc talis virtus ex unione Christi virtutis nobilior erit, quam mille virtutes quæ tali intentione non sunt peractæ. »

---

## CAPUT XXXIV.

QUALITER DEUS OPERA SUA HOMINI COMMUNICAT.

**O**RABAT aliquando pro quadam valde benevolâ ad labores, specialiter ad vilia opera; vidiq[ue] eam coram Domino flexis genibus et elevatis manibus, quasi oraret. Ad quam Dominus manus suas, de quibus balsami liquor emanabat, manibus suis applicuit, et liquorem illum instillabat dicens: « Ecce do tibi omnia operamea in sanctificationem et supplementum operum tuorum. » Intellexitque opera ejus et labores Deo valde complacere. Et ait Dominus: « Cum laboribus impedita mihi non valet intendere, legat Antiphonam: *Gratias tibi Deus, gratias tibi, vera, una Trinitas et trina Veritas, trina et una unitas*, vel: *Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia ipsi gloria in sæcula*, et studeat hominibus mite dare responsum. »

---

## CAPUT XXXV.

DE DULCI CONSOLATIONE DOMINI QUA CONSOLATUR HOMINEM.

**I**TERUM cum pro una oraret, vidit Dominum illam, pro qua orabat, dextera tenentem, et per quoddam pratum amœnum et florigerum deducentem. Per quod intellexit